HIERONYMUS. EUCHERIUS LUGDUNENSIS. ISIDORUS HISPALENSIS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh. Seite 98v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25978
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& usq; ad multas etates ligna arce
monstrari solita. Quos quidem ego puto
non esse alios nisi eos quos moyses legifer
iudeorum in suis uoluminibus edidit.
Archat urbs regni nemroth in baby
lone. Porro hebrei hanc esse dicunt
mesopotamie ciuitatem que hodieq;
uocatur nisibi. a lucullo quondam ro
mano consule obsessam captamq; & an
te paucos annos a iouiniano im
peratore persis traditam.
Agai ad occidentalem plagam uergit
bethelis. non multum ab ea distans.
Sita est autem bethel euntibus heliam
de neapoli. in leua parte uie xii
circiter miliario ab helia & usq; ho
die parus licet uicus ostenditur. s;
& ecclesia edificata est ubi dormiuit
iacob pergens mesopotamiam. Vnde
& ipsi loco bethel idest domus dei
nomen inposuit. Agai uero uix par
ue ruine resident & locus tantummodo
demonstratur. Et sciendum quod in
hebreo g literam non habet. s; uocatur
ai. scribitur; per elementum quod apud
Astaroth carnaim terra Zeos dicitur ain.
gigantum quondam in supercilio sodo
morum quos interfecit chodorlagomor.
Sunt hodieq; duo castella in ba
tanea hoc uocabulo nouem inter se
milibus separata. inter adaram & abi
Arboch corrupte in plura ciuitates.

nostris codicibus arboch scribitur cum in
hebreis legatur arbe idest quatuor
eo quod ibi tres patriarche abraham
ysaac & iacob sepulti sunt &
adam magnus ut in ihesu libro scrip
tum est. licet eum quidam conditum in
loco caluarie suspicentur. Hec
autem est eadem chebron olim metro
polis philistinorum & habitaculum
gygantum regnumq; postea dedit in tribu
iuda. ciuitas sacerdotalis & fugi
tiuorum. Distat ad meridianam plagam
ab helia milibus circiter xxii. & quercus
abraham que & mambre usq; ad constan
tii regis imperium monstrabatur.
& mausoleum eius in presentiarum cer
nitur. Cumq; a nostris ibidem ecclesia
iam exstructa sit. a cunctis in cir
cuitu gentibus therebinthi locus
supersticiose colitur. eo quod sub ea
abraham angelos quondam hospicio
susceperit. Hec quoque primum arbe postea
a chebron uno filiorum caleph sorti
ta est uocabulum. Lege uerba dierum.
Aulath in extremis finibus palestine
iuncta meridiane solitudini. &
mari rubro. unde ex egipto indiam
& exinde ad egiptum nauigatur. Se
det autem ibi legio romana cogno
mento decima. Et olim quidam ahilath
a uetibus dicebatur. nunc uero appellatur
ahila. S; & elamitarum quondam natio